


02 H 944





H  
D  
IC  
W





CVM  
PERILLVSTRIS AC PROPRIA VIRTUTE  
FLORENTISSIMVS  
ADOLESCENS  
WILHELMVS GO-  
DOFREDVS  
L. B. DE SCHELL  
S. R. I. EQVES

POST  
PROBATOS IN IVRIS ARTE  
PROFECTVS  
SINGVLARIS DOCTRINAE SPECIMEN  
EDERET

AC  
IV. IDVS OCTOBRIS MDCCXVIII.  
PVBLICE DISPVTARET  
FAVSTA EI PRECATI SVNT  
IVRIDICI ORDINIS PRO-  
FESSORES.

---

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,  
Typis JOANNIS GRVNERTI, Academ. Typogr.

UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT  
BIBLIOTHEK  
MAG. DR. G. H. VON  
WILHELM VON  
DR. R. VON  
L. B. VON  
S. H. VON  
PROFESSOR DER  
PHYSIK  
EINGETRAGEN AM  
17. APRIL 1871  
IN DER  
BIBLIOTHEK  
VON  
DR. R. VON  
L. B. VON  
S. H. VON  
PROFESSOR DER  
PHYSIK

m  
ti  
st  
o  
cu  
fe  
le  
qu  
en  
en  
ci  
co  
fu  
qu  
po  
m





\* \* \* \* \*



Ecisti probe, Perillustris  
BARO, quod nec PA-  
TRIS excellentissimi,  
nec nostram fefellisti o-  
pinionem: adeo enim  
morum integritati, virtuti, ac bonis ar-  
tibus nostra in Academia operam dedi-  
sti, vt egregias laudes tuas oratione ex-  
ornare, nunc quidem non pigeat. Nam  
cum multa a te recte sint coepta, ac per-  
fecta, quæ alias tuæ sortis homines faci-  
le negligunt; cogimur certe de TE, de-  
que omni sensu animi tui præstantique  
eruditione præclare existimare. Nec  
credimus, posse aliquem in eam suspi-  
cionem deuenire, nos assentari TIBI  
commodi nostri spe, & inania verba ef-  
fundere propterea. Qui enim vtros-  
que, TE puta, atque nos æqua lance per-  
pendit, is forte, quare TIBI assentare-  
mur, caussam videbit nullam. Nos qui p-

):( 2

pe



---

EPISTOLA GRATVLATORIA.

---

pe fortuna nostra contenti viuimus; tu hinc abis, & locorum interuallo a nobis distractus ibi viues, vbi blanditiarum nullum ferre fructum possumus. Quare illi etiam, qui ab inuidia non prorsus alieni sunt, victi tandem fatebuntur, excellentius quidpiam stimulare nos, quamobrem litteras has ad te demus. Atque in sensus incurrit, te melioribus iactis principiis, meliore quotidie cultu maturioreque industria excolere iuris artem, inque hoc studiorum genere altum aliquamdiu iam prodire foras, & ostendere vberiores fructus. Quod quum sit admodum rarum in illustri adolescente, mirandum non est, in nostris animis multum amoris ac beneuolentiæ excitari, quod talem in Fridericiana ciuem genuerimus, cui pauci sint doctrinæ laudibus pares. Nam quem nuperrime  
æqua-



---

EPISTOLA GRATVLATORIA.

---

æquali gratulatione profecuti sumus, commilito tuus est, amicus, & itineris forte socius perdignus. Nos vero omnes occasiones captamus, vt eos, qui scientiarum gloria eminere occipiunt, & a vinculis ignorantia se expediunt, publice prædicemus, quo plures ex recenti barbarie erepti ad illam doctrinae veteris elegantiam expetendam præeuntium exemplis animentur. Est enim nostri officii, conniti eo, vt fragrantissimus litterarum odor late spargatur, & iucundissima Musarum merces iis imprimis ante oculos constituatur, qui regere rempublicam, ac tueri iustitiam & recreare sapientia ciues debent aliquando. Ac dubium est nemini, qui sit paullo humanior, errare omnes, ac decipi, qui in transitu acquiri exquisitam posse doctrinam sibi persuadent. Certe enim ingenio opus



EPISTOLA GRATVLATORIA.

est, labore continuo, iudicio acri, memoria tenaci, ac moribus denique, ne litterarum radices vitiorum amaritudine corrumpantur. Quod quum constantem exposcat animum, ne dominetur cupiditas, insignem ardorem, ne naturalis torpor primas teneat, egregium studium, vt emoriantur affectus; haud est ad diuinandum difficile, quam sit honorificum TIBI, vicisse istos hostes, domuisse animi tortores, atque eiecisse prorsus perturbationes, quæ vitæ instituto obsistere potuissent, omnes. Etsi namque non diffitemur, bellicæ laudis decus pigritiæ non vendi, sed laboribus eximiis; tamen adfirmare sustinemus, maiorem requiri sollicitudinē, acrioremque impulsū, continere se in litterarum campo, ibi secunda prælia facere, atque aduersus malignos errores fortiter pugnare. Qui  
ho-



---

EPISTOLA GRATVLATORIA.

---

hostem descendere optant monte, & illum exire vallo admodum cupiunt, qui manu vrbes capiunt, respirant interea & ad hyberna secedentes tranquillitate haud raro fruuntur: at, qui cum Camoenis societatem ineunt, si perenni sese ad meditandum agendumque foedere obstringunt: nulla hic quies speratur, nullum laboris interuallum expectatur: semper animus abducendus est a rebus incertis, fluxis, fugacibus; reuocandaque mentis acies ad nouas impressiones sustinendas, ad vulgares opiniones debellandas, vt salua omni tempore maneat veritas, nec vquam triumphet fallacia. In quo quum secundo cursu incesseris adhuc, & post profectus tuos se uero examine exploratos victor extiteris, quamuis varia dubia sese offerrent, multique ex intimiori iurisprudencia cincinni de industria



EPISTOLA GRATVLATORIA.

stria necerentur; fas est, vt applaudamus TIBI, TEQUE perillustri PARENTI, & Viris primariis, iisque, qui te nondum norunt, omni fide ac studio commendemus. Nam quod restat vnum, cohibere lætitiã nostram vix potest. Scimus enim, TE in disputando esse promptum, & ad id, quod semel deliberato animo statuisti, defendendum maxime aptum. Vidimus hoc ante annum, & quod excurrit, reapse: deprehendentes, nec in soluedis dubiis deesse TIBI dexteritatem, nec animi præsentiam, nec scientiam, nec ingenium ad omnia summa natum. Euge igitur, TEQUE ad doctorum pulpita iterum confer: dissipa, quæ emittentur, tela; accurre, vbi instat discrimen; prodi obuiam oppugnantibus; & gratias tibi forsitan agent, qui oppugnarunt: documento certo, non opus esse homini docto voti mercede redimere litterarium bellum. Nos DEum precamur, vt, cuius studia laudauimus, & ingenii suauitates magnopere extulimus, eum suo præsidio vndique muniat; ne subtrahatur mature, quem publicæ vtilitati diutissime superstitem votis omnibus expetimus. Vale perillustris BARO, &, dum ad altiora contendis, consortii nostri memor viue. Halæ Magdeburgicæ iv. Idus Octobris  
CICIDCCXVIII.



ifti  
ius  
u-  
na-  
ni-  
as.  
ati  
n-  
ti,  
in  
&  
u-  
TI  
ni-  
fi-  
R-  
n-  
od  
L-  
at.

024 944

ULB Halle 3  
003 098 451  












CVM  
PERILLVSTRIS AC PROPRIA VIRTVTE  
FLORENTISSIMVS  
ADOLESCENS  
WILHELMVS GO-  
DOFREDVS  
L. B. DE SCHELL  
S. R. I. EQVES

POST  
PROBATOS IN IVRIS ARTE  
PROFECTVS  
SINGVLARIS DOCTRINAE SPECIMEN  
EDERET

AC  
IV. IDVS OCTOBRIS MDCCXVIII.  
PVBLICE DISPVTARET  
FAVSTA EI PRECATI SVNT

IVRIDICI ORDINIS PRO-  
FESSORES.

---

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,  
Typis JOANNIS GRVNERTI, Academ. Typogr.